AE-38(a)

Jo: de Herrera N.° 1

Clemens Epus Servus Servorum dei ad perpetuam rei memoriam Rationi
congruit et convenit honestati ut ea quae de Romani Pontificis
gratia processerunt licet eius superveniente obitu lrae aplicae
superillis confectae non fuerint suum sortiantur effectum. Dudum si
quidem fel. rec. Leoni PP. X Predecessori nro pro parte dilec
torum filiorum Mercatorum Italorum nuncupatorum in Civitate Ulixe
bonen. commorantium exposito quod ad dilecti filij Capitulum
et Canonici Ecclesiae Lateranen. de Urbe vigore privilegiorum et
indultorum eis per Romanos Pontifices Predecessores nros et Sedem
aplicam ut asserebant concessorum eisdem Mercatoribus tunc et
pro tempore commorantibus in dicta Civitate in quodam
fundo seu predio Terre sito extra et prope muros dtae Civitatis
eisdem Ecclie Canonicis et Caplo spectan. tunc Mercatoribus pretos
donationis quae dicitur inter vivos causa donavit et concessit
unam novam Ecclesiam seu Capellam sub invocatione beatae
Mariae de Loreto cum Campanili Campanis Cimiterio fonte
baptismali et alijs parochialibus Insignijs opportunis fundare
sive construere et in illa unam Confraternitatem utriusque sexus
cuiuscumque nationis personarum instituere et Capellanos qui inibi
missas et alia divina officia celebrare et eisdem confratribus tunc et
pro tempore existentibus Ecclica Sacramenta quaecumque ministrare nec
non decedentium Confratrum Cadavera cum cruce et pompa
solemni ad Sepulturam deferre dioecesani loci vel cuiusvis alterius licentia
super eo minime requisita possint ad eorum nutum ponere et amovere
et alia tunc expressa facere valerent ac quod Ecclia seu Capella huiusmodi
pro eius Canonicis et Caplo ac Romano Pontifici pro tempore existenti dum
taxat subiecta esset et primarius lapis ipsius Ecclesiae seu Capellae cons
truendae per quemcumque presbiterum benedici ipsaque constructa Ecclia
per quemcumque Catholicum Antistitem gratiam et communionem dtae Sedis haben
tem consecrari possit nec non omnibus et singulis utriusque sexus Xpi
fidelibus pro constructione dtae Ecclesiae seu Capellae manus adiutrices por
rigentibus decem annorum et totidem quadragenarum et sub alias tunc
expressas Indulgentias concesserant et alia fecerant prout in

BREVI (20)

lris patentibus seu alijs scripturis Canonicis et Aplici hmoi desuper
confectis plenius dicebatur contineri et cum pro parte Mercator.
ptor. eidem Predecessori humiliter supplicatum foret ut concessioni et
alijs premissis pro illorum subsistentia firmiori robur aplice confirmnis
adijcere aliasq desuper opportune providere de benignitate aplica digna-
retur idem Predecessor attendens qd ad Roman. Pontificem spectabat
officium suorum Predecessorum inherendo vestigijs que pro divini cultus
augmento et animarum Xpifidelium salute provide facta et gesta
erant ut maiorem obtinerent firmitatem sui presidij munimine
roborari ac ea illa de novo concedere prout id in Dno conspiciebat
salubriter expedire ptos mercatores et eorum quemlibet a quibusuis
excois susp.nis et interdicti alijsq eccliecis sententijs censuris et penis a jure
vel ab hoie quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati
[illegible] ad effectum presentium dumtaxat consequendum absoluens et
absolutos fore censens nec non lrarum seu scripturarum Aplicarum hmoi
veriores tenores pro expressis habens hmoi supplicationibus inclinat.
sub Dat. [illegible] duodecimo Kal. martij Pontus sui anno sexto
auctoritate aplica concessionem et alia singula premissa ac prout illa
concernebant oia et singula in dctis lris seu scripturis contenta
et inde secuta quecumq approbavit et confirmavit supplevitq
oes et slos tam juris qz facti defectus si qui forsan intervenissent in eisd.
ac premissa perpetue firmitatis robur obtinere et inviolabiliter
observari debere decrevit illaq oia de novo ac eisdem Mercato-
ribus pro tempore existentibus qd in dcta erigenda Ecclia tot quot
eis videretur Capellanos ad eorum nutum ponere et amovere et
quoscumq utriusq sexus Xpi fideles qui in dcta Ecclia erigenda
sepeliri voluissent solita in Parochi Ecclesiarum quarum Parochiani
forent portione per eligentem extra suam Parochiam sepul-
turam solui solita sepeliri facere et quascumq oblationes
Xpi fidelium nec non quecumq mobilia et immobilia bona
ex quavis causa eidem Ecclie concessa ac concedenda in
Ecclie et Confrnitatis earundem utilitatem et opportunitatem
convertere nec non quecumq statuta tam circa numerum
Confratrum et Capellanorum et divinorum actus celebrationem qz alia quecumq

Curiam et Confraternitatem hmōi ac illorum bona quomodolibet nec non alias conservationem et felicem statum Curiæ erigendæ et Confraternitatis prædictarum quomodolibet concernentia licita et honesta facere eiusdem Dioecesani loci vel cuiusvis alterius Curiæ super eo minime requisita libere et licite valerent concessit et indulsit ac sic per quoscumque Iudices ordinarios delegatos et mixtos auctoritate fungentes Iudices et alias personas ubique iudicari et decidi deberet sublata eis et eorum cuilibet quavis alia iudicandi et decidendi facultate nec non irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari decrevit Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus apostolicis privilegijs quoque indultis ac litteris apostolicis maiori et quibusvis alijs Curijs et Parochijs Civitatis prædictæ et illarum Capitulis Rectoribus et personis respective quomodolibet forsan concessis approbatis et innovatis quibus dictus Leo Prædecessor illorum tenores pro expressis habens illis alias in suo robore permansuris ea vice dumtaxat quoad præmissa specialiter et expresse derogavit cæterisque contrarijs quibuscumque, ne autem de absolutione approbatione confirmatione suppletione decreto concessione indulto et derogatione prædictis pro eo quod super illis dicti Leonis Prædecessoris eius superveniente obitu litteræ confectæ non fuerunt valeat quomodolibet hesitari ipsique Mercatores illorum frustrentur effectu volumus et dicta apostolica auctoritate decernimus quod absolutio approbatio confirmatio suppletio decretum concessio indultum et derogatio Leonis Prædecessoris hmōi perinde à dicta die duodecima Kal. Martij suum sortiantur effectum ac si super illis ipsius Leonis Prædecessoris sub eiusdem diei datum litteræ confectæ fuissent prout superius enarratur quodque præsentes litteræ ad probandum plene absolutionum approbationum confirmationum suppletionum decretum concessionum indultum et derogationum Leonis Prædecessoris hmōi ubique sufficiant nec ad id probationis alicuius adminiculum

requiratur Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre
voluntatis et decreti infringere vel ei ausu temerario contra
ire Si quis autem hoc attemptare presumpserit Indignationem omnipo-
tentis dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit
incursurum Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarna-
tionis dominice Millesimo quingentesimo vigesimo tertio sexto
1523 kal Decembris Pontificatus nri Anno Primo. A. C. L. xx. de
Campania T pro tempore

Sumptum ex registro Literarum Apostolicarum collationa-
tum per me Benedictum de Ast registri magistrum

Concordat cum originali et de
facultate dicti exponentis solvendi
Philibertus Aubert Custos
Registri